

nono Almansoris in pergamenio, item Serapio de simplicibus in libro bapireo, item liber in quo continetur practica Platenarii, thesaurus pauperum cum multis aliis quorum ultimus est de signis morientium. Des zu urkund geben wir disen brife mit unserer universiteten rectorats und des obgenanten testamentarien anhangenden insigeln versigelt, als man zalt nach Cristi unnsers herren gepürt vierzehenhundert neun und 5 funfzig iar am suntag vor Georii des heiligen merterers.

120.

Martin Schultze, Decan, Peter Seehausen, Andreas Rüdiger, Johann Heber, Heinrich Elling und die andern Magister vom Rathe der Artistenfakultät bekennen, daß die Collegiaten des großen Collegs ihren Hof in Leipzig, „Fuchszagel“ genannt an die Artistenfakultät unter der Bedingung 10 abgetreten hätten, daß letztere von diesem Hofe jährlich 11 Schock alter Groschen zur Bestreitung der Seelenmessen für Doctor Helmold aus Salzwedel an die Collegiaten bezahle, daß diese aber damit einverstanden wären, daß die Artistenfakultät jene Summe auf das Paedagogium, welches die Collegiaten des kleinen Collegs gegen genannten Fuchszagel von der Artistenfakultät umgetauscht hatten, übertrüge.

1459 Oct. 24. 15

Hdschr. : Copiale des großen Fürstenkollegs fol. 22—23. — Copialbuch der philosoph. Fakultät fol. 4—7.

Ann. : Vergl. hierzu Gretschel, die Universität Leipzig 74.

Nos Martin Schulteti de Glogovia, decanus, Petrus Sehusen de Lipsick, Andreas Rudiger de Gorlitz, Ioannes Heber de Bamberg, Henricus Elling de Stendall omnesque alii et singuli magistri de consilio facultatis artium, alme universitatis studii Lyp- 20 siensis actu regentes, tenore presentis publice recognoscimus, quod venerabiles viri magistri et doctores collegiati collegii maioris aream quandam in oppido Leypsick tunc „Fuchskagel“ nuncupatam, quam pleno iure et legitimo titulo possidebant, cum edificiis pro tunc inibi structis et omni iure quo eam possederant sollicita et longa precum instantia ad hoc moti, facultati artium sponte et liberè tradiderunt sub hac tamen con- 25 ditione, quod perpetuis in antea temporibus apud supradictos collegiatos et eorum successores remaneat ius postulandi et percipiendi de eadem area annuatim undecim sexagenas antiquas, quas quilibet decanus facultatis artium pro tempore existens de eadem area, de fisco, de potioribus bonis ac proventibus facultatis eisdem collegiatis singulis annis circa festum s. Galli^a) exhibere et solvere tenebitur cum effectu, quas etiam sicut premittitur vigore 30 presentium facultas artium solvere pollicetur ad peragendum anniversarium commendabilis quondam viri et bone memorie doctoris Helmoldi de Soltwedel, propter quod eadem etiam area eis prius tradita fuerat et donata. Faverunt tamen supradicti collegiati et annuerunt pro se et suis successoribus, quod facultas artium ius percipiendi supradictas undecim sexagenas in alium locum vel fundum eque certum cum scitu tamen 35 eorum et consensu transferre poterit, vel etiam redimere tempore competenti, sic quod occasione huiusmodi translationis aut emptionis nullum dictis collegiatis in huiusmodi solutione preiudicium proveniat quod supradictum anniversarium posset quomodolibet